deret q̄ ipsū xp̄m adiit princi pes iudeorum et de cristo p̄ pecunia vendendo incēpit tractare dicēs. **Q**uid vultis michi daē et ego eū vobis tradam. **A**ceptis aut̄ ab eis triginta argēteis ip̄sū vēdidit. et eum osculo tradidit. q̄ finaliter penitens se male fecisse clamauit. et desperās se laq̄o suspēdit et viscēa eius effusa sūt medi? crepuit. sicut dicit̄ actuum primo. **S**ic vere vidēf̄ facere simoniaci prelati. **I**sti em̄ cristum idest gratiam sp̄s sancti vel accessionem ad cristum. i. beneficiū vel officiū eccl̄sticū nō tradunt alicui nisi ouemāt de m̄ cede dicēs. **Q**uid vultis michi dare et ego eū vobis tradā. **A**t illi cōstituer̄t ei xxx argēteos. **F**inaliter tū p̄ mortē xp̄i penitēbūt in inferno vbi ad inferni patibulū suspēdēt̄. et p̄ doloē crepabūt. et feda viscēa. i. in interiora cogitamina in cinia effūdēt̄. et apparebūt. vel vbi viscera ip̄i a cōtra xp̄m et deum et desperacionem eructabunt. **V**el dic̄ q̄ prelati simoniaci. qui vendunt cristum pecunia suspendentur. per mentis elacionem crepant. et per iactantiam et presumpcionem viscēa sue misericordie perdunt et ipsa in terram effundūt per terrenorum auariciam et affectionem. **V**el etiam viscēa istorum significant eorū nepotulos quos in ecclesia promouēt dum sunt ibi. qui reuera post

ipsoꝝ morteꝝ cōsueuerūt de corꝝ
 pe ecclesie eici et effūdi id est de
 beneficijs suis expelli et in terrā
 id est ad statum infimū deduci.
Trē. ij. Effusū est in terrā iecur
 meū. **J**udas autē volēs xpm
 i mortē tradere mīstris dedit fig
 num dicēs Quē osculatus fuero
 ipse est zc. Cū igit xps eēt i or
 to iudas ad eū accēdens. osculū
 sibi dedit et sic osculādo ipsū ip
 sis monstrauit q̄ gladijs et fusti
 bꝝ eū apprehenderūt. et ipsū ad
 supplicia deduxerūt. **J**udas p
 ditoz est mūdus qui ipsum quē
 osculatur p̄sp̄eris cui arridet et
 quē fauoribꝝ t̄p̄alibꝝ amplexa
 t̄ satellitibꝝ id est demomibꝝ i in
 ferno et tribulaciōibꝝ tradere cō
 pbatur dicēs quēcūqꝫ osculatus
 fuero zc. Quia reuera ortus deli
 arū in quo homo spaciāc̄ arāc̄
 fauoz et diuiciarū q̄bꝝ hō i mū
 do ditat̄ osculū et amplexꝫ for
 tune et p̄sp̄eritatis signa sunt q̄
 talis finaliter debet capi et a t̄ba
 demonum ad tormēta deduci.
 qz quanto plus homo talibꝝ of
 culis alludit̄ tāto captio eius p
 atior et celerior iueitur. teste am
 brofio. Cōtinuus successus t̄p̄a
 liū eterne dampnaciōis est indi
 cū. vnde de tali iuda id ē de tali
 mūdo vel fortunato successu dici
 t̄ **eccāsti. xij.** In labijs indulcat
 inimicus. **D**e iobāne dicitur q̄
 adolescens q̄dam amictꝫ syndo
 ne sup nudū. videns q̄ ministri
 p̄ vestē tenebant eū ut punirēt.

relicta findone nudus pfugit.
Sic vere si satellites diaboli per
 vestes bonoz temporalium no s
 capiāt et si istis mediātibꝝ i mas
 lis cōplacēcijs nos determinēt et
 involuāt ipsas terrenoz bonoz
 vestes debemus p cōtemptū rei
 cete et nudi id est pauperes et cō
 sciencia mundi debemus de eoz
 manibꝝ recedere. **Amos. ij.** Ro
 bustus corde inter fortes nudꝫ
 fugiet. **M**ilites crucifixerunt
 dñm: et inter se vestes suas diui
 serunt. **S**ic vere milites regū
 et principum officiales xpm in
 p̄sona ministroꝝ clericoꝝ et pau
 perum crucifigūt. in q̄p̄ū isti xpi
 seruitores molestant multiplici
 ter et affligunt. **Mathei. xxv.**
Qd vni ex mīmis meis fecistis
 zc. Et vestes etiā temporalium bo
 norum suorū ipsis p rapinā sub
 trahunt et inter se diuidūt et dis
 pgunt. **p̄s.** Diuiserunt sibi vesti
 menta mea. **T**unica saluato
 ris q̄ incōsutilis dicta est quam
 milites nō diuiserūt. h̄ eā sortiti
 fuerūt dz fuisse q̄dā tunica incō
 suta scilicet aq̄ sine sutura cōtex
 ta. quam beata virgo sibi existen
 ti puulo dicit̄ fecisse que tandem
 secundum clementum corpis di
 citur concreuisse. et sic semp suo
 corpori aptata fuisse que sine de
 cremento q̄ diu vixit durabat.
 ita q̄ ipsam nulla antiquitas cō
 sumebat. **M**llam etiam sicut pos
 tea ponunt alij pilatus habuit
 et quācūqꝫ vocabatur ad cæsarem

ipsū volētē occidē moy vt eū vi-
deret ira ipsius contra eum q̄sece-
bat. moy vero cū ab ipso exierat
statū cōn eū seuebat. h̄ eo iterū
ad impatoris p̄sentā vōro statū
v̄tute tuice p̄nceps ad māfuetu-
dinē redibat et eū t̄qm iustum
absoluē p̄ponebat **A**duertēs i²
ad hoc p̄nceps ipsum exspoli-
ari fecit et tūc p̄tra eū insaniens
ip̄m ad exiliū cōdēpnauit. sic h̄
oīa in historijs q̄busdā cōtinēt
Tunica saluatoris. i. salutis
tunica est diuina gracia quā ma-
ria virgo. i. amaritudo penitētie
cū acu contritiōnis cū v̄ginitate
et cū purificatione et mundicia
confessionis cōponit ita q̄ nul-
lā scissurā vel rupturā alic̄ discō-
tinuacōis vel impseueratiē ibi po-
nit. **U**nde ad hoc q̄ maria idest
amara penitētia tuicā grē faci-
at p̄t dicit illd. **Joh̄ xxi.** Tunica
succinxit se et misit se in mare. **I**s-
ta ei tunica i x̄po. i. i p̄sonis boīs
sp̄ auget. **E**t quāto plus p̄ bona
opa creuerit tāto ad etatē maio-
rē pueniūt. et tanto in ipsis tū-
ca iōcōsutilis. i. gratia et perseue-
rantia plus augetur. **I**sta autē tā-
te v̄tutis ē q̄ si pylatus. i. p̄cōz
quātūcūq; fuerit malus ipsam
induat nūq̄ erit sibi imperator
celestis deus irritatus. quin quā-
do cū ista tunica corā ipso in die
iudicij p̄parebit sibi in mansue-
tudinē quertatur et q̄n ab ipso
miam cōsequat. **S**i vero p̄tigat
q̄ sine tunica diuine grē hō tūc

adeat impatorē ira dñi statū cōn
eū mouebit et dabit sibi infēle
exiliū et tormētū **B**n̄ igit̄ dicit̄
ap̄o. xvi. **B**n̄s qui custodit ves-
timēta sua ne nudus ambulet.
Vel dic q̄ ista tuica x̄pi figt̄
eccām q̄ reuera simplex et in cō-
sutilis et sine diuisione scismatis
vel errois d̄z eē: et sic poterit sp̄
crescere et augeti. **A**d ep̄b. q̄nto
fecit sibi eccām. non habentē
maculam

Ualde mane p̄ma sabba-
torū mulieres de nocte
uenerūt ad monumen-
tū vt vngerent cū aromatibus q̄
emerant corpus x̄pi. **C**ū cōque-
rerentur de lapide ad ostiū euol-
uēdo h̄m q̄ **math̄. xxviii.** dicitur
Ecce terremotus factus ē mag-
n̄ angelus dñi descēdit de celo
et accēdens reuoluit lapidem et
sedebat supeum. **E**rat autē asp̄cū
eius sicut fulgur et vestimēta ei-
us sic nix. **S**atellites vero qui
corpus x̄pi in sepulchro serua-
bant quasi mortui ceciderūt mu-
lieres etiā p̄dicte ad aspectum
eius fortiter obstupuerunt. et
sicut marcus dicit hic q̄ mulie-
res intrantes in monumentum
viderunt istum in forma v̄m̄
iuuenis stola candida coopti. **I**s-
te autē āgel̄ muliēs fuit et solat̄
et r̄surrexisse dñz p̄testatus. **S**a-
tellites v̄o t̄ruit et ip̄os q̄si mor-
tuos deliquit. **P**er sepulchz
dñi p̄t intelligi eccā māf in q̄ cor-
pus x̄pi i sac̄m̄to altaris h̄uat.

Uel etiam ecclesia vniuersalis in qua corpus xpi i persona pauperu mortuu et depressum iacet et substermitur. Vel sacre scripture misteriu in quo corpus xpi mortuu iacet. In quo etiam de morte corporis xpi misteriu continetur. Mulieres iste deuote aias seu mentes vel psonas simplices designat. q aromata vntu vel vngenta deuocionis lemituraz qz co passionis portant. et ibm siue i psona ppa siue paupm p compassioez vngere a limre affectat.

Marci. ix. **V**ent mulier habens alabastru vngeti preciosi et effudit sup caput ihu. Lapis grandis qui ihesu claudit pondus difficultatis figt. qd e i via viendi ad ihesu mulieres istas. i. simplices retrahit atqz gnat. Veniendo em ad paupere obuiat lapis pprie paupertatis veniendo ad scriptura o buiat lapis difficultatis viendo ad eu in sepulcro mentis p deuocionem obuiat lapis nre male coisuetudinis et fragilitatis. et ideo iste mulieres ante oia debent auxilia bonoz querere vt lapide hui valeat submouere dicentes. **Q**uis reuoluet nobis lapide. **P**er angelu istu possunt intelligi boni eccastici vel plati qui fuera debent dici iuuenes p vtutem fortitudinis a constancie. **A**ngeli p virtutem limpiditatis et prudencie. aspectu fulgurei p vtutem seueritatis et iusticie. cum vestimentis candidis p virtutez

castitatis et mundicie sicut de angelo thobie dicitur. **T**hobie. qn to. **Q**u iphi inuenerunt iuuenem splendidu stantem pinctu patu ad ambulandu. Isti enim debent aspectu sue seueritatis et iusticie satellites dyaboli. i. peccatores terrere. Isti p equitate et mentis tranquillitate debent sedere. Isti i mouimento xpi p sue passiois meditationez vel scripture expositionem vel p pauperu nutuonem debent manere ita qz etiam mulieres id e simplices debent consolari et fouere et lapide. i. oie impedimentu quo min? ihesum inuenire et ad eum p spem et deuocionem venire valeant remouere et de resurrectione et alijs articulis ipsos istruere. **Apo. xiiij.** **V**idi angelum dei forte volantem p mediu celi. **E**t apo. x. **C**uius facies erat sicut sol. **I**sta igit est veritas qz quociens mulieres et deuoti ad ihesum volunt p spem et penitenciam accedere. et eu p compassionem a deuocionem i se vlt in suis pauperibz vngere. sp debent angelos. i. viros eccasticos a platos obuia habere qz oia impedimenta debent tollere et oez offendiuali lapidem emouere a eos solo lari benigniter et iuuare vt sic de tlibz angel. i. viris eccasticis dicitur illud **Act. i.** qd de angelis dz. **E**cce duo viri astiterunt iuxta illos i vestibz albis. **E**xplicat moralisacio secundu marcu. **I**ncipit moralisacio secundu **I**ucam.

consanguineos debet diligere et eos quosque benigniter visitare. Vel dic quod christi et beate virginis auxiliatrix principia facit pueros .i. pueros innocentes spiritualiter exultare. et ob ipsorum reuerentiam gaudere.

Zacharias per iobis baptiste ante natiuitatem ipsius iobis mutus exstitit. quo nato statim loquela recuperavit et in laudem dei prurpit dicens benedictus dominus deus israel. **J**ob est qui interpretatur in quo est gratia signum dominum gratia. qui igitur tali iobane .i. tali gratia caret mutus .i. elinguis efficitur quia sibi nichil dicere vel loqui conprobatur. Verum quoniam iste puer secundum iobanes domina gratia sibi nascitur. et a deo creditur tunc bene congrue verba salutis loquitur. **U**nde gregorius. In uanu laborat lingua predicatoris nisi affuerit gratia saluatoris.

Pastores erant in regione vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. **E**cce angelus domini stetit circa illos et claritas dei circumfulsit illos et timuerunt timore magno. **I**ste autem angelus statim consolatus eos exstitit et gaudium magnum illi retulit: et natum in betleem mundi saluatore nuntiavit. **I**lli continuo laudes celestis exercitus audierunt usque in betlehem uenerunt et maria ioseph et infantem inuolutum in pannis et positum in presepio repererunt. **I**sti pastores possunt significare bonos prelatos et predicatorum prouidos qui pabulo scripture .i. subuentione terrena

lis sibi cibo deuotionis et eucaristie se et alios nutriunt greges subditorum a lupis infernalibus custodiunt et super ipsos diligenter attendunt. **L**uce xij. Si sciret paterfamilias quia hora fur ueniret uigilaret utique et non sineret profodi domum suam. **T**ales igitur ab angelis uisitantur lumine caritatis et gratie circumfunduntur. timore domini constituuntur et ab ipso spiritualiter consolantur. **F**inaliter autem post mortem usque in betleem. que interpretatur domus panis id est usque in paradysum transeunt ubi matiam cum ioseph id est cum sanctis et infantem christum inuolutum panis humanitatis nostre nature reclinatum in presepio perfectionis eterne personaliter inuenerunt a quo gaudium et consolationem glorie sempiternam recipiunt et acquirunt. **G**lorificantes inquit et laudantes deum in omnibus que uiderunt et audierunt. **M**atth. ij. **V**identes stellam gausi sunt et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matrem eius. **D**ebent ergo pastores nostri solliciti uigilare ut talem possent premium reportare. **A**po. xvi. **B**onus qui uigilat. **D**e oblatione data pro christo in templo oblato de simone et anna nichil dico nec etiam de ipso in medio doctorum iuuetur nec etiam de alijs que et in .iij. capitulis continetur quia supra in matth. pro maiori parte ponuntur.

Cristus postquam contra diabolum temptatus se prouoluit tandem in nazareth ueniens

sinagogam iudeorum intrabat. Exhortabatur igitur ipsum iudei ut ibi in patria sua in qua nutritus fuerat et doctus aliquam mirabilia faceret dicentes Quanta audiui? facta in capbarnaum fac et hic in patria tua a christo in ipsa patria nulla facere voluit mirabilia. quia nullum prophetam in sua patria fore acceptum dixit. etiam per exemplum helie et helize probavit. quorum temporibus multe fuerant vidue et multi leprosi in israhel helias tamen ad unam tantum missus viduam sareptenam et helizeus unicum sanavit leprosum naamam scilicet firum qui aliunde non de israhel natus fuerat. Ac si ratio vellet dicere dominus quod isti prophete non illis de patria sua sed alienigenis fecerunt miracula et quia nullus homo sanctus in sua patria adigne honoratus est et ideo ad extremos recesserunt. Ista etiam verificata sunt de christo. quia cum in sinagoga ysaya exponeret isti compatriote sui indignabantur de ipso et eum filium fabri appellabant. Unde mattheus xiiij. dicit quod isti de ipso sic dicebant. Nonne iste est filius fabri? Unde igitur habuit omnia ista. Sic autem benedixit isti de indignatione ad iniurias prurperunt et eum ad suppellicium civitatis duxerunt et eum precipitare voluerunt ipse tamen per medium ipsorum transiit. et de ipsorum manibus evasit. Ista omnia allega quod nimia familiaritas parit contemptum. quia reuera sepe est quod sapiens homo minus reputatur in patria sua quam in aliena. et minus a

notis quam ab extraneis. et minus a suis familiaribus quam ab extraneis populis remotis. Facile enim est ut pares paribus invident et ut viciorum suorum sapientiam et virtutes alij mordant et contempnant. Unde cum ab illo phariseo querebatur. a quo esset potissime cavendum in hac vita respondit quod ab invidia animi. et iniuria inimici. unde fit quibus quod mali et invidi compatriote cum bonos vicinos insurgunt et quantumvis eos in virtute et scientia videt precellere ipsis tamen tunc detrahendo generum ipsorum ad memoriam reducant. et quibus cum personas aliquas nequeunt dicere ipsum tamen occasione generum vituperant dicentes. Nonne iste est filius fabri? Nonne putres eius apud nos sunt? Unde huic omnia ista. Ac si diceretur. Iste non est dignus a nobis honorari. nec est credibile ipsum virtualiter posse operari que de tanta infimis partibus apud nos contingit generari. Dicunt enim illud. Quis est david? ut serviamus illi. et tamen quibus istud non sufficit quoniam contra eum personaliter insurgunt et eum de statu et gradu precipitant et prosternunt. et a sua civitate et patria fugere et recedere eum aliquando cogunt. **Mattheus iij.** Inimici hominis. etc. Sic de illo scipio est qui dato quod rei publice romane infinita bona fecisset tamen romani eius prosperitate et virtutum magnitudinem ferre pre invidia non valentes ipsum in exilium impulserunt. sic posuit macrobius. Sic etiam dicit dominus mattheus xiiij. Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Et ideo

sepe fit q̄ viri prudentes p̄p̄riā
p̄riā negligūt et māsiōe; in alia
p̄riā q̄rūt ibiq; āpli? honorant̄
et p̄speritate maiori alibi q̄ a
pud suos p̄mouent̄. Quā p̄p̄
dciū ē abrahā **Gene xij.** Exi de t̄
ra tua et de cognatione tua et rei
i t̄rā quā monstrauēo tibi et fa
ciā te et cetera.

Quā petrus et sui socij pis
carēt et p̄ totam noctē
laborassent et nichil ce
pissent cōtingit q̄ dñs nauē illā
ascēderet et de nauicula t̄bas do
ceret et q̄ nauē in altū duci et re
tbia i captiua laxari iuberet. Cū
igit̄ petrus cuius erat nauis de
vano labore vacans noctis oque
reret et diceret p̄ceptor inq̄ens
p̄ totā noctē laborātes nichil ce
pimus in verbo aut̄ tuo laxabo ē
t̄be sic factū est q̄ tantā pisciū
multitudinem cōcluserūt q̄ t̄be
eorū rūpebat̄ ita q̄ aliā nauicu
lā in auxiliū vocabant et ābe pi
sibz replet̄. **I**sta nauis mo
raliter fiḡt aiā quā q̄libz i mari
et fluctibz hui? vite habet regere
et ab ip̄o retbe bone voluntatis
laxare et pisces meitorū i hac na
uicula cōgregare. **U**n̄ tñ q̄m diu
nō ē xp̄s in ista p̄ ḡciā sc̄z q̄ diu
durat nox et t̄brositas viciorū
tā diu deficiat captiua pisciū. id ē
meitorū. **N**octe enī culpe satis
potest hō laborare et bona opa
p̄petrare. vel circa tp̄alia lucra et
negociā insudare qz nūq̄ sibi cō
tingit ex tali labore pisces. i. me

rita acquirere vel habē. p̄ totam
noctē inq̄t laborātes nichil ce
pimus. **Pla. xlij.** Inuanū labora
uim? sine causa: et mane cōsūp
si fortitudinē meam. **S**ic reuera
q̄nq; xp̄s ibi p̄ ḡciā itrat vt̄t̄ ba
malarū cōgitationū doceat et cō
pescat et tūc ad eius monicionē
et inspirationē retbe bone volū
tatis in altū ducit̄ in quātū affec
tus ei? et opa ad eterne vite alti
tudinē ordināt̄. et sic p̄ certo pi
sces. i. merita accumulāt̄ ita q̄ du
e nauicule. i. nō solū aiā ymmo
eciā corpus istis piscibz. i. meito
rū opibz mox replēt̄. **I**n xp̄i enī
p̄nā non absēcia fit talis cap
tio. i. die ḡcie non in nocte culpe
fit meitorū acq̄sicio. **Jo. ix.** **N**e
optet laborare donec dies est. **U**
el dic q̄ nauicula fiḡt sacram
scripturā i qua petrus. i. q̄nq;
p̄dicatoz potest satis sine fructu
laborare qz sicut retbe predica
tiois a mai hui? mūdi p̄ piscibz
capiendis. i. p̄ peccatibz auertē
di? potest i uanū mittere et laxare
nisi cristi p̄nā p̄ ḡciam dei assis
tat qui retbe predicaiois i altū
ducē. i. ad sp̄e et ne retribuciois
ordiare doceat. **S**ine enī cristi ḡ
cia nec predicatio p̄ficiat: et sine
eius grā in officio predicaiois
p̄ nichilo laborat̄. **p̄s.** **N**isi do
minus edificauit domū rē. **Q**d
eciā bñ supponit̄ h̄ vbi cristus
post piscaturā pisciū dixit petro
Noli timēre iā enī eis capiēs ho
ines. **C**ū circa xp̄m ifirmi multi

vndiq; afflurissent. ecce viri qui portantes hoïem in loco q̄ erat paliticius cū ipsū p̄ turba aīte ipsū nō possent ponē s̄ tectū ascēde et et p̄ tegulas dimiserūt. in loco in mediū aīte eū. x̄pc̄ igit̄ vt fidē illozū vidit palitico pccā dimisit et vt lectū suū tollēt et sanus corp̄aliter recēdēt ip̄avit dicēs **Surge tolle lectū tuū et vade in domū tuā.** **Iste palitici? ē aī?** pccōrū q̄ ē debilis infirmus et p̄ carnis mollicie resolutus et more palitici q̄ ad exēcūoz bonoz rū inabilis et ineptus ē. de quo math. viij. **Dñe puer meus. zc.** Quatuor viri q̄ istū portabant et corā ibesu ponē cupiebāt. sūt q̄tuor cardinales v̄tutes vel q̄tuor affcōes q̄ istū paliticiū aīm aīte ibesū q̄ interptat̄ saluator. i. ad salutis statū cupiūt adducē. et sibi grē sanitatē p̄ v̄bz p̄curare. **Dez** qz turba malay cogitacōnū necnō sollicitudinū mūdanozū illā sanitatē impediūt. iō isti portatores debent istū in firmū sup̄ tectū domus. i. s̄ apicē rōis eleuare et erigē et ab istis turb̄ malis se mouē. dem̄ ipsū p̄ sui p̄sū hūiliacōez aīte ibesū deponere. et eū p̄ mie imploracōez eidē offerre. et ab ipso remedū et veniā implorare. qd̄ si fecerit x̄ps̄ sibi pccā dimittet et lectū carnalis delcācōis ipsū tollē et carnis desideria aīteferre p̄cipi et ipsumq; de vido negligentie surgē iubebit et in domū suā. i.

eccām vel bonā consciaz p̄gē impabit. vt de loco carnalis delcācōis exeat dicēs **Surge tolle lectū tuū et vade.** **Ad ephe. v.** **Surge qui dormis. zc.** **Unde lu. viij.** **Resedit q̄ eāt mortuus.** **Vel** p̄ istos portatores q̄ supponūt eē q̄tuor intelligo esse q̄tuor euangeliōz doctores vel p̄dicatoēs vel q̄tuor v̄tutū possessores qui paliticos. i. pccōres dño offerūt. ita qz eozū industria et x̄pi clemētia sani et mūdati recēdūt.

Habebat ibs in citatē q̄ vocat̄ naym. et cū appropiqz portas ciuitatis. et ecce mortuus efferebat̄ vnicus filius sue matris. et h̄ cū esset vidua et turba multa citatis ibs mīa mortuus portatoēs loculi stare iussit et ipsis stātibz loculū tetigit. et vocās adolescētē ipsū a mortuis suscitāt et ipz̄ mri sue sanū dedit. **Adolescēs iqt̄ ē dico surge: et sedit qui erat mortuus. et cepit loqui. et dedit eū matri sue.** **Iste** filius significat quemlibet fidelem qui matris sue scz ecclesie filius vnicus dicitur pro eo qz ab ipsa vnicē diligitur et fouetur. **Militans** enim ecclesia que nunc a cristi personali presentia vidua ē quā fidelem vnicē diligit. summeq; dolere dicitur quādo p̄ vicia ipsum perdit. **Secdo reḡ p̄o.** **Sicut** mē vnicū amat filiū. et cetera. **Quz** etiā fit qz talis filius p̄ peccatū moritur. qz iā a q̄tuor portatoribus scz a

mala dilectione a pnie timore a spe lōge vite et a spe final pnie i sepulturā infernalē offeret. **I**n q3 in porta ciuitatis .i. in extreīs in publica executione malorum opm cū l'ba viciōrū iuenit' ecclā i loaulo seu feretro p'prie carnis seu male cōsuetudinīs inuoluit' zē. **S**3 xps qnq3 sibi misert' de pccō ipsuz suscitāt loaulū carnis e? p correctionē tāgēs ipsū p in spiracionē et p'dicacionē ad fidē et salutē vocat dicens **A**dlescens tibi dico surge: **Q**ui p cōtriciōē surgit et p cōfessionē alloq' iāpit et sic p satisfacionē ipsū matri sue .i. ecclie reddit dicens illud **J**ob. xix. **M**ulier ecce fili' tuus **V**el dic q xps tres mortuos in tribz diuersis locis dicit' suscitasse. puellā in domo **M**atth. xi. **A**dlescētē in porta sicut b' **L**azarū in sepulcro **J**ob. xi. **P**er illos igit' tres mortuos intelligūtur tres spēs hoīnuz pccōz q3 qnq3 dñs suscitāt a pccāto **P**uella em̄ mortua in domo significat aiām in domo cōsciēcie mortuā p malū desiderū seu cōsensum **I**uueis in porta figt' pccōrē qui inde exiit ad malū op' et ad actū **L**azarus in sepulcro figt' pccātorē qui tādē fetid' a corruptus ē p male cōsuetudis viciū. **I**sti ergo a domino suscitati legūt' quia nullus pccōz siue sit solū mortu' in cōsensu siue sit vltēr' in actu siue i male cōsuetudinīs estu nō potest suscitari vel iustificai p alterz

q' p xpm. xps autem istos tres suscitāt qz de omni genē peccatorū xps aliquos vocat **C**ū dñs in domo simonis leprosi recūberz ecce mulier q' erat in ciuitate peccatrix attulit alabastrū vngenti et stans retro cepit lacrimis abluē capillis suis tergē ore osculari et vngento vngere pedes e? **V**idēs aut' domin' simonē indignatū ex hoc q' a peccatrice se tāgi pmitteret ipsuz increpauit. de duobz debitoribz parabolā recitauit. pniāz mlieris diuino hospiti' p'posuit et ipsi mulierī pccā oia relaxauit **I**sta possunt allegari q' deus plus peccatorē diligit pfecte diligentem q' iustū arrogantem et de suis v'itutibz p'suātem aliosq3 cōtempnētē **I**llud etiam phariseo et publicano dicitur **L**uce xvij. q' phariseus qui publicanū cōtempnebat et suas iusticias recitabat seqz alteri p'ferebat reprehenditur **P**ublicanus vero qui sua peccata memorans vix audebat celum aspicere et pect' suum pcutiēs mīaz clamabat. iustificatus recessisse pbatur **I**deo bñ dicit' **I**nfra xv. **Q**z gaudiū est angelis zē. q' super rōz. iustis. **V**el allega q' plus placet dño sacrificiū spūs tribulati q' opus extei' p'paltū. plus em̄ cōmendatur pnia laetiosa magdalene q' simois ci baria copiosa a mag' fuit effect' domin' peccatrici fletibz q' hospitis cibis et potibz **P**salmista.

Fuerūt michi lacime panes. **E**
Uel allega quō multi sūt ita p̄-
 sūptuosi q̄ qui semel peccōz fue-
 rit nō credūt eū ad dominū pos-
 se conuerti nec debere a x̄o recipi
 nec in eius obsē quijs delcāi q̄n
 imo si ipsos penitentes iuxta se
 vidēt debeāt intēdere et vacare.
Prima ad cor. x. **C**ōtēptibiles
 in ecclā debēt ad talia iudicia re-
 quirī. **I**llud autē qd̄ hic sequit̄
 de illo diuīte c̄ aḡ fraūs vberes
 attulit. qui multa cōgregare et
 boorea augē disposuit et aīe su-
 e dicebat. **A**īa mea multa bona
 habes reposita in ānoꝝ plurios
Cui vox de celo facta ē. **S**tulte
 hac nocte repetēt aīam tuā a te
 q̄ autē cōgregasti c̄ erūt. **H**oc
 allega cōtra auaros q̄ p̄ supab-
 ūdātā dīcīaz nō studēt paupi-
 bz erogare. s̄ pot̄ cōgregare. et
 in ānos plurimos cōseruare qui
 de p̄pīnq̄ morte nō cogitāt s̄ in
 bonis suis diu luxuriari studēt.
In q̄bz q̄nq̄z repētini iteritus ve-
 niunt et eoz aīas subito capiūt
Job xxiiij. **I**psū rapiet aētus zc̄.
Hic fit mētio de duobz gēri-
 bz seruoꝝ q̄s cōstituit dominus
 sup familiā q̄bz p̄ceptū ē a dño
 vigilāe. q̄z qdā vigilāt a dñm
 suū sp̄cāt vt q̄cumq̄z hora vērit
 vigilia p̄a sc̄da q̄rta ipsos mue-
 niat vigilātes et isti p̄ auldubio
 btī dīcūt. et eisdē finaliter a do-
 mino ministrat. **A**mē inq̄t dico
 vob̄ q̄ p̄cīget se et faciet illos dī-
 scūbē. et trāsiēs mīnistrabit illis

Aliqui tamē eozū cōtrariū faci-
 ūt. qui de aduētū dñi solliciti nō
 sūt s̄ ipsū moātū vidētes ad ma-
 la plurima sc̄z ad bibēdū edēdū
 inebādū et c̄huos sibi cōmissos
 p̄cutiēdū dūtūt qd̄ si quis dixe-
 rit seruus ille morā faciet domi-
 nus meus et cepit p̄cutere et in-
 ebari et de talibz dicit q̄ horā q̄
 dominus eozū veniet nesciēt ip-
 sos ab alijs didet et p̄tē eozū cū
 infidelibz ponet. **F**it etiā hic
 mētio de duobz alijs gēnibz ser-
 uoz de quibz qui sciūt volūtātē
 dñi et nō faciūt eā et isti plagis
 vapulari merēt. et de alijs qui
 nec sciūt nec faciūt et isti nō tm̄
 vapulant̄ sic p̄i. **E**t sequit̄ ibi v̄
 bū x̄pi. **Q**z oīs cui multū datū ē
 multa q̄rēt̄ ab eo. **S**ic vero cū
 dominus tradiderit familiā popu-
 li sui seruis suis sc̄z p̄latis et p̄n-
 cipibz gubnādā et oībz p̄cipit
 q̄ sint vigilēs et attēti. **C**ōstat
 q̄ de istis seruis inueniēt̄ due
 spēs boni et mali. boni sp̄ timēt
 dominū x̄pm subito ad eos i iu-
 dicio vētur̄ et eos p̄ mortē vōtu-
 rū et eos rōez villicacōis petitu-
 rū. et iō cōtinue in bono vigilāt
 mortem et iudiciū sp̄ exp̄cāt.
 vt q̄cūq̄z hora vōti fuerint ipsos
 i bono statu x̄p̄s iueiat sūme stu-
 det. q̄p̄ a dño cōmēdant̄ et in ce-
 lesti glā discūbētes diuinū mi-
 nisteriū p̄merēt. **U**nde mat. xxiiij.
 ij. **B**eatus seruus ille quē cū ve-
 nerit dominus iuērit eū vigilātē.
Mali autem econuerso faciūt.

quia isti videntur habere oculos ad mortem quam facit dominus suus. id est ad dilacionem iudicii et mortis et ad longam vitam quam sperant sibi concessam. Et ideo isti per negligenciam dormiunt. per gulam comedunt et bibunt. per crudelitatem seruos sibi commissos id est populum sibi subditum rapinis patiuntur quod propter sepe fit quod isti morte preueniunt et a bonis fidelibus diuiduntur et cum dampnatis in inferno dampnantur. **Matth. xxiiij.** Veniet dominus serui illius quam non sperat et hora quam ignorat et partem eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus et stridor dentium. **Illud** quod sequitur de seruo sciente voluntatem domini sui et non faciente. Potest allegari contra viros scientificos qui sciunt et non faciunt. quia isti pre ceteris dampnabuntur quia sicut dicitur. **Jaco. iij.** Sciens bonum facere et non faciens peccatum est illis. Illi autem qui nec sciunt nec faciunt ut simplices et illiterati fideles et pagani et si per ignorantiam non excusantur a toto quia ignorans ignorabis. prima ad cor. xiiij. Per ipsum tamen excusantur a tanto quod non tantum punientur sicut domini voluntatem scientes et ipsam facere non dignantur propter dampnationis accipietur clei a re. Et ideo bene sequitur Cui multum datum est: multum exiget ab eo. **Vide matth. xxv.** Quanto plura receperunt talenta tanto plura reportauerunt lucra. Ad plura igitur tenetur scientificus qui recipit

plura quam ignarus qui recipit pauciora. **Illud** autem quod sequitur quia dominus dicit se remisse ad ignem in terram mittendum et pacem tollendam et parentes a filiis diuidendos. **Hoc** autem potest allegari quomodo prudens princeps vel pilatus sume debet studere ut confederaciones malorum rumpat. sicut **Actuum. xxiiij.** ad litteram de phariseis et saduceis fecit paulus. ut igne seueritatis et iusticie succendat et pacem cum vicijs et cum hominibus impijs tollat. dicens illud **Matth. x.** Non veni pacem mittere in terram sed gladium. Vel ad litteram illud fecit christus in ecclesia primitiua vbi de vna domo aliqui conuertebantur alij non. et sic ignis zelus et discordia nascebantur. **Apo. vi.** Habebat gladium magnum et datum est ei ut tolleretur pacem de terra.

Quomodo pylatus quorundam galileorum sanguinem cum eorum sacrificijs miscuisset et eos crudeliter ut supponit occidisset. **Cum**que in filoa quodam turris super xviiij homines occidisset. et eos oppressisset nec illos qui talia passi fuerant ceteris magis peccatores credidit de qua tamen credulitate christus respondit et eos non plus peccatores alijs asseruit sed nisi penitentiam agerent omnes simul perituros perdidit. Putatis inquit quod isti debitores fuerant propter omnes. **Non** dico vobis sed si non penitentiam egerint omnes filii peribunt. **Istapunt** allegari quod in mundo

culpe nō sp̄ correspōdent penis
 sicut nec p̄mia meritis nec eodū
 so Constat ei q̄ q̄nq; secūdu di
 spositioēz occulte dei iusticie m̄s
 ti qui nō sūt ceteris peiores ca
 sus in hoc mūdo sustinet ḡuio
 res q̄nimo sepe fit q̄ illi qui pe
 iores sunt in hoc mūdo āphiori
 p̄speritate letāt et qui boni sūt
 q̄nq; maiori aduersitate ḡuātur
 nō debēt hoies illos deteriores
 credē quos vidēt ḡuio ribz for
 tune casibz succūbē. Bene ergo
 dicit math. vii. Nolite iudicāe
 ne iudicabimī. vide de hoc infra
 actuū. vltimo **H**ic fit mentio
 q̄ cū q̄dā q̄ hēret faci in vinea
 sua et āmis singulis fructū q̄re
 ret. et nō in ea repiret voluit eā
 succidere dicēs Ecce āmi tres sūt
 ex quo veniēs fructū in ficulne
 a hac q̄sui et nō inuenio. Suc
 cidite ergo illā. vt q̄d eā terrā
 occupat. Agricola dñō r̄spōdit
 Domine dimitte eā et hoc āno
 vt fodiā cca eā et mittā stercō
 ra: si autē nō fecerit fructū. i fu
 turū succide eā. **I**n vinea ecclē
 talis sterilis ficulnea ē p̄cōz. q̄
 nullū bōz opm p̄ducit fructū
 qz pauldubio dñs nō inuenit i
 eo fructū fidei spei neq; carita
 tis nec cordis opis nec oris. q̄
 p̄ q̄tū est de se statī vult eam
 succidere p̄ mortē et dāpnacōez
 euellere cū sine fructu terrā ecclē
 nō dz occupare. Dañ. q̄rto Suc
 cidite arbore. Sz p̄ cto sub spe
 paḡcola. i. p̄latu vel p̄dicatoz

illā arbore p̄ correctionē fodiat
 et q̄ stercora. i. p̄pe vilitatis cō
 siderationē apponat. sic q̄ fraīs
 bonos p̄ducit quādo qz dimittit
 ipz viuē. Si vō nec sic se dūt. s̄
 lōgamimitatē diuine paciē vili
 p̄dēs in steilitatē viciozū cecide
 rit et fructus bonozū opm nō p̄
 tulerit in futurū dominus veniet
 et eā p̄ mortē tpalē succidet et de
 struet. **I**u. tercio. **I**n securis ad ra
 dicē arboris. zc. **I**ntrās ihs in
 sinagogā vidit ibi mulierē que
 hēbat sp̄z infirmitatis āmis xv
 iij. Erat ei ad terrā taliter incur
 uata vt oīo nō poss̄ respicē. Cui
 dominus cū manū ip̄o suiss̄ sta
 tim erecta ē et dominū gloria
 uit. **S**ic vere fit q̄ in sinagoga
 fidelīū inuenit aliquādo aliqua
 mulier. i. aliq̄ aīa vel p̄sona di
 ueris vicijs aggrauata et ad t̄
 ram idest ad terrena p̄ auariciā
 inclinata q̄ nec celum potest nū
 taliter respicere. nec de celestibz
 cogitare. sicut ad litteram vide
 mus de secularibus et terrenis
 hominibus. qui videntur posse
 dicere cum manasse illud secun
 do paralipomenon vltimo capi
 tulo. **I**ncuruatus sum vinctulo
 ferri et nō ē respiratio michi. zc.
Psalmista. **D**orsum eorum sem
 per incurua. et cetera. **I**sti enim
 octodecim anni qui constant ex
 decē et sex et duobz infirmi dīa
 tur iquātū decē p̄cepta legis sex
 opera mie et duo caritatis man
 data transgressi fuisse p̄bantur

et tamen talibus xps qnq; manu
sue misericordie porrigit: et eos
de ciuitate terrenoru erigit di:
cens illud **Job xl.** In sublime ei
ge et esto gloriosus Ita q; isti de
terrenorum auaricia ad celestiu
amorem sani surgunt et deum glo
rificat et extollunt.

Hic dicitur quomodo deus
xps ydropiciam sanauit
in sabbato. In hoc nota
ri potest q; nullus est ita ydropi
cus id est p; supbia inflatus nec
ita p; auariciam fribudus. quin
saltem in sabbatis. id est in festiui
tibus debeat sanari. et quin qua
do xps in religioe vel ecclesia of
fertur animus eius debeat quie
tare. **Xps** inuitatus ad conuiui
um intedens quomodo primos
reabitus eligeret incepit eos in
struere dicens. reabite in nouissi
mo loco ut reiens q; te inuitauit
dicat Amice ascende supius et no
discubas in pmo loco. ne forte
honorabilior te inuitatus fuit p
pter que oporteat te descendere
et ai rubore nouissimu locu tene
re. **Ista** possunt allegari cōtra
ambiciosos. constat em q; deus
ad nouissimu statum ecclesie vel
ad nupcias mundane pspertita
tis hm diuersos gradus vniuer
sos inuitat Verūptn ipse vult q;
vnusq;sq; gdu suum custodiat.
et null? ad altioze gdu q; dece
at p ambitione ascēdat. h; qz ml
ti sūt hij q; primos reabit? id ē
altiores status primatus abiūt

et eligūt ibidem iure vel iniuria se
reponunt et ideo finaliter i mor
te ad locu infimū sciz ad ifernū
cū rubore ppetuo descēdunt et a
celstidie quā ipudēt ascēderūt.
deponūt. **Ec**uerso illi qui modo
i nouissimo loco. i. i statu huilita
tis et paupertatis sedēt et q; in hoc
mūdo gdu et statu sūt contēti fi
naliter in morte supius ad locu
honorabile padisi iuitabūt et i
bi feliciter extollēt. **Amice** iquit
ascende supi? **Un** ois q; se exal
tat huiliabit. **zē.** **Homo** q; daz
fecit cenā magnā et vocauit mul
tos et misit seruu suū hora cene
dicere iuitatis ut reirent qz pata
sūt oia. **Dēs** tñ ceperūt se exau
sare. **Prim?** dixit q; villā emerat
volēs exire videre illā. **Ali?** dixit
se quiq; iuga boū emisse et ad p
bādū illos vellet exire. **Ali?** ayt
vforē se durisse et eā accipere de
bere. **Quib;** auditis pfañias i
terū seruos misit. debiles et clau
dos ciuitatis ad conuiuiū itroduci
mādauit de ipsisq; domū suam
repleuit. **Ipsos** vero q; se exausa
uerūt de cena sua nūq; gustatu
ros ppetuo ordiauit. **Sic** vero
cū de? a principio ordiauit quā
dā cenā scz refectionē glorie pa
disi et ad ipsam vocauit et iui
tauerit vniuersos constat q; ho
ra cene scz nunc i tpe gñe ipe nō
cessat seruos suos. i. pdicatores
mittē et ad illud conuiuiū hoīes
duocare. **Sed** pauldubio cōmu
niter oēs diuites se exausant. et

primo auari qui emē videre acquirere possidere villā h? mūdi ipsius diuicias hōres p̄diligūt et iō circa ista intēti plus debito ad hoc celeste cōmuniū p̄ bona opa nō accēdūt. Villā inquit emī habe me excusatū. **Proū. xxvij.** **Aīa saturata calcabit fauū.** Alij excusant̄ p̄ vxorē. i. p̄ carles delicias **Qui eī vxorē. i. carnem vel carnalē affcōez vult ducere. necē hz ab affcū et desiderio celestis glorie retroire et celeste cōmuniū fastidire.** Alij excusant̄ p̄pter. v. iuga boū. i. p̄ quin q; sensuū illecebras qz ita sūt ali qui vagi et ita dederūt sensus suos ad exteriores illecebras huius vite q; de eternis et spūalibus nichil curāt. et iō breuiter nīlus taliū cenā paradisi gustabit. quia non ē dignū q; aliquis admittat̄ ad illā q; mūdi delcabilia sibi p̄ponit. **Paupes igit̄ tribulati et debiles illuc p̄ tribulaciones intrare cogūt et de talibus aula paradisi implet̄ qz diuites cetera terrena vacātes celestia epudiāt. soli restāt paupes qui ad cōmuniū illud vadūt.** **Ps. Paupes saturabūt̄ zc.** **Illud quod hic ponit̄ scz qui vult turri edificare qui p̄sus sedens p̄putat sup̄tus qui necarij sūt si hēat ad p̄ficiēdū. ne postqm̄ edificare incēperit et edificare neq̄erit. dicat̄ sibi illudēdo illd. Iste homo cepit edificare et nō potuit cōsummare.** **Et illd de rege q; cogitat si**

cū suo exātū poterit occurrē illi q; venit cōtra eū cū maiori vel alias. q; missis legatis rogat ea q; sūt pads. **Ista p̄nt allegari cōtillos qui in suis viribus nimis cōfidūt et q; merita sua vires et vtutes nō bene p̄derāt.** **Constat em̄ q; qlibet habet facere cum vno potētissimo rēge cū deo.** **Habz eī edificacē necario vnā altissimā turrim scz celsitudinē cōtēplacōnis apicē p̄fectōnis et iō qlibet dz seipsū colligē vtutes suas mēsurare cōputare vt in seipso cognoscat si sua merita sufficiāt ad hoc. q; possit regi in die iudicij occurrere. et turrim moralis celsitudinis cōsummare. alioquin si diminutū insufficiētē inueniat debet legationem oracionis deuote ad deū mittere et ipsius pacē et verā mīaz ip̄lorare.** **Matth v. Esto consentiens. zc.** **Vel dic contra presumptuosos qui quādoq; de suis viribus presumūt se turri p̄fectōis et cōtēplacōis posse in se et ex seipsis p̄ficē et regi p̄digne occurrē credūt.** **Un̄ sepe fit q; isti ad p̄ficiēdū nō habēt. et q; vltra vires suas aggrediūt̄ t̄ ardua ita qd̄ assumit neq̄ūt cōsummare. q̄p̄ necē ē eos in via deficē. et ip̄sem̄ edificaciū dimittē et sic necē habēt hōiz derisionē sustinē dicētiū.** **Ille hō incēpit edificare zc.** **Sic ista cotidie exp̄imur i religioē viri nouicij q̄z sūt ita feruētēs in principio q; ardua opa incēpiūt et vltra vires facere**

omnino q̄ iam p̄f
 m̄ vna quā ap̄
 zcōis latitudinē se
 p̄filiis igit̄ debet
 vna opa capere sō
 de sup̄ hoc cogitā
 as m̄ta et cū comp
 fōre s̄mp̄ari non v
 cōtēplacōne d̄
 v̄t̄ ad semel statu
 p̄sente cōsiliē ecc
 lēstia de ne quiescē
Uter que d̄
 dragmas si
 dicit solz lu
 re. domū euertere
 et dragmam p̄dīcā
 mouerit. solz cōuo
 et de inuēione drag
 ta fuerit cōgredere
 de decā dragma fia
 rima restituta. s. de
 o que p̄dita fuerit
 m̄o angeloꝝ adiuu
 resup̄a. **Matth. xxij.**
 m̄ta ē diuina sapiēt
 reuocare rime agēlie
Quid m̄taliter q; si
 id d̄tōna de deā dr̄ ag
 de deū mouere vt de cō
 to et p̄m̄ta rēuocare ali
 diderit p̄ aliud p̄m̄ta
 debet iurare rōis sc̄m
 domū cōite p̄m̄ta
 bere et m̄ta se p̄m̄ta
 uere et ita p̄ satisfactō
 nam quere q; ea p̄m̄ta
 re. et sp̄ualiter moue
 mouerit debet simi. gau

cōtendūt. q̄ tamē post cito deficiunt. et a via quā cēperāt ad vite cōmunis latitudinē se deflectūt. Nullus igit̄ debet ex abrupto ardua opa incipere sed deliberando sup hoc cogitare. virtutes suas metiri et eas computare. ne forte si inceperit non valeat cōsummare. **Ūn Seneca** Diu deliberā dū est qd̄ semel statuendum ē: Ideo bene cōsulit̄ ecclesiasti. iij. **Altiora te ne quesieris.**

Mulier que decē habens dragmas si vnam pdiderit solz lucernam accēdere. domū euertere donec inveni at dragmam pditā. Quam cum inuenit. solet cōuocare vicinas et de inuēione dragme que pdita fuerat cōgaudere. **D**ic si vis de decē dragma sicut de oue centesima restituta. s. de natura hūana que pdita fuerat et nouē ordinibus angeloz adiuncta vt habes supra **Matth. xviii** Et dic q̄ mulier ē diuina sapientia que de repacione ruine āgelicē gaudet. **Ūel** dic moraliter q̄ si mulier id est anima de decē dragmis. i. de decē mandatis vel de cōplemēto et p̄fectione virtutis aliqd̄ pdiderit p̄ aliqd̄ peccatū. statim debet lucernaz rōmis accendere: domū cōscie p̄ cōtricionem euertere. et totū se p̄ cōfessionez reuoluere. et ita p̄ satisfactoriā diligēciam querere q̄ eaz possit recupare. et spūaliter inuenire. Quā si inuenit debet sūme gaudere

et exultare. **Ūel** dic q̄ mulier debet gaudere d̄ recupaciōe pdite dragme id est anime peccatricis et ad hoc totis viribz laborare. **S**upra eodem **Gaudiū** est angelis dei sup vno peccatore p̄tēciam agētē q̄ sup non agitano uem iustis. **Ū**ndā homo habuit duos filios quoruz iunior patne substantie porciōez se contigentē petens et capiens a prē recessit et p̄fectus est in regioez longinquam. substantiā suā luxuriose viuendo cōsumpsit. Tandem vero cū orta fame esuriit. vni ciuium regionis adhefit et ipius porcos pavit. et plerūqz vtrē suū de porcoz filiquis implere cupiebat. et tamen nemo sibi dabat. **Ū**lle igit̄ fame afflictus opulēciam paterne domus memorat̄ et ad patrem suū redire et mīaz cogitabat petere. dicens **Ūnti** mēnarij ī domo patris mei abundant pambz ego autem b̄ fame pereō. **Surgam** et dicam transeūdo ad patrē meuz **Pater** peccavi in rē. **Ū**ste igit̄ ad patrē hoc modo venit. **Ū**ē videns p̄ misericordia motus ī oscula ei? ruit et stola p̄ma ipsum induit. calciamenta in pedibz eius et anulum in maibz ei? posuit. et occiso saginato vitulo iuuuim fecit ei dicens **Epulemur** et manducemus: quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus est. **Filius** autem senior qui tunc in agro erat dum

ad domū rediret et sonum instru-
mētorū musicorū audiret et cām
cōiuuij cognosceret q̄ plurimū i
dignat̄ et iā intrare reuētes cōi-
prēm dicebat. **E**cce tot āmis ser-
uui tibi et nūq̄ mādātū tuū p̄-
terui. et tamē nūq̄ dedisti mic-
bi bedū vt comedere cū amīs
meis. **P**ro isto aut vitulū sagia-
tū occidisti: qui sbām suā cum
meretricibz dissipauit. **P**̄ vero
de inuētiōe fratris pditi se opte-
re gaudere dixit: **E**t sic primo
gemiti indignacionem t̄pauit et
finaliter ad cōiuuiū introiuit
Ista possunt allegorice exponi
et mystice. **A**llegorice **H**omo is-
te figt̄ deū pr̄z qui a principio
duos filios. i. duos pplōs sub-
ditos habuit scz iudaycū qui e-
rat p̄o genitus. atqz maior. **E**xo
q̄rto **F**ilius meus p̄o genitus isra-
hel. et populū gētilē qui erat ad-
dolescentior et indoctior. **M**at̄h
Hō q̄dā habuit duos filios zc̄
Iste igit̄ ispiēs adolescēs. i. po-
lus gētilis in principio a patre
suo deo sb̄ne porcionē scz dona-
natuālia et sc̄ias pb̄icas accepit
et a deo p̄ ydolatriā recēdēs et i
regioēz lōgiquā. i. i statū damp-
nacōis et peccati bona sua et vir-
tutes naturales cū mētricibz. i.
carnis delicijs deuastauit. i. quā-
tū varijs vicijs carnalibz se fe-
dauit et inquātū substātiā suā. i.
naturā p̄ ea corrūpit et grauait
Unde vni cōiuuij regionis scz dya-
bolo adbesit. q̄ ipsū porcorū. idē

poetarū et carliū pb̄orū cōsorcio
copulauit qz filijs. i. q̄rū erroēs
et vanas doctrinas cōedē et ac-
quirē q̄ plurimū affectauit et ta-
mē de ipsijs b̄ere ad plenū nequi-
bat. qz nēo ad sufficiētā sibi da-
bat. **T**ren. q̄rto **P**aruuli petie-
rūt panē et nō erat q̄ frāgēt eis
Iste igit̄ filius pdigus scz genti-
lis pplūs fame et desiderio cog-
noscedi verū deū estuās ad pr̄z
deū suū finaliter reuertit̄ et erro-
res suos cōfites mīam dep̄catur
dicens. **P**eccauit in celū corā te.
Quē vidēs pius p̄r i domū suā
suscipiēs scz in eccām introdux-
it. anulū sibi fidei tradidit. stola
p̄a. i. grā ip̄m vestit. calciamenta
.i. scōrū exēpla in pedibz suarū
affcōnū ponit. et vitulū sagia-
tū p̄ eo interfecit. scz xp̄i occisi
fidē et sue passionis memoriā
tradidit. et sic de eius inuētiōe
et cōuersione gaudiū magnū fe-
cit. **I**u. xv. **C**ōgratulamini mihi
qz inueni dragmam quam per-
diderā. **S**z primogenitus filius
.i. iudaycus popul⁹ in agro sa-
cre scripture circa exposiciōez lit-
teralē vacās audito choro et sim-
phonia cōiuuij. i. audita p̄dicato-
rū turba et visa solēpnitate cōi-
uij et viso gaudio fidelū indigēt
in domū patris. i. in eccāz itraē
et fidē xp̄ianā t̄cipe nō digēt qn
imo cōi deū prēm nūc cōq̄rit̄ qz
isti filio pdigo. idest gētili pplō
plūa q̄ sibi benefida distribuit
dicēs **E**cce tot āmis zc̄. **V**erba eī

possunt iudayi ppli prosperitati
 cristiiani ppli inuidētis et de uer
 sione gentiliū ad fidem eidē cōq̄
 rētis. qz isti mādata legis ad lit
 terā optie custodiūt et in cōrimo
 nijs legalibz deo seruiūt et tamē
 nullam gratiam a deo recipiūt.
 qn ymmo iphi optime possunt
 dicere illud **Psay. xlix.** Inuanuz
 laborau sine causa: et uane cōsūp
 si fortitudinē meā. **F**inaliter ta
 men deus istos pacificabit et cō
 uertet et in domū ecclie cū iuni
 oze frē ad cōuiuuium ecclie intro
 ducet et ad vituli saginati epu
 las. i. ad cristi passiois fidē ip
 sos recipiet: quia sicut dicit apof
 tolus ad roma. xi. **C**ū subintra
 uerit pleuitudo genaiū. tunc om
 nis israhel saluus erit. **U**el ista
 possunt ad religionum aposta
 tas applicari. **C**onstat em̄ quan
 doqz qz adolescentes de domo re
 ligiois et a patre suo recedunt
 porcionem bonoz patris in illa
 que possunt furari deserūt. et in
 regione longinqua. i. in mundū
 fugiūt vbi vni aiuiū scz dyabolo
 in diuersis seruiūt vicijs: et ibi
 substāciam suam id est naturalē
 et tpalem in luxuriam et carna
 liter viuendo cōsumunt. tūc autē
 illis que scāi furti portauerant
 et de regione furati fuerāt cōsūp
 tis. esurire incipiūt et filiquas q̄s
 porci manducant. i. bona terre
 na que peccatores possidēt acq̄
 rere et comedere cupiūt. **D**ed cū
 ipsa acq̄rere nesciūt. nec aliquē

qui ea sibi det inueniant: ideo se
 pe fit qz iphi esuriūt et vilem vi
 tam egenam et pauperez foris
 ducunt. **I**usto enim dei iudicio
 fit qz tales qui diuicijs et delicijs
 sectandis deū et religionē apol
 tatando dimittiūt. ad illas neq̄
 q̄ attingant sed in paup̄tate et
 miseria in mundo uiuant. **P**ro
 iij. **P**aup̄tas a domino: i. domo
 impij. **S**epe ergo fit qz isti fame
 et miseria urgente de recessu et a
 postasia penitentes ad patrem
 id est p̄latū et religionē redire p
 ponūt et vt saltē tpalē euadāt
 miserā ad pristinum statū se cō
 uertūt dicētes. **Q**uanti mercena
 rij abūdant panibz in domo pa
 tris mei. **S**urgā igit et ibo. **U**n
 istoz vox videtur esse **math. xij.**
Reuertar ad domū meā vñ ex
 iui. **C**ontriti igitur et huiliati qn
 qz reuertūtur ad eligionē et mise
 ricordiam postulantes suā fatē
 tur culpam et confusionē. **P**ater
 p̄latus debet tales benigniter rē
 cipere: stolam. i. habitū ipsos in
 duere: anulū. arā salutis. i. peni
 tenciam eis concedere. et calca
 menta bonoz temporalū p̄ sus
 tentamento eis tribuere: vitulū
 saginatū id est xpm̄ i. eucaristia
 scz passiois cristi memoriā ip̄s
 offerre. et de eoz cōuerhoē gau
 dere. **E**t quia cōmuniter frater p̄
 mogemitus q̄ nō fuit pdigus id
 est alij fratres et eligiosi q̄ nūqz
 deliquerūt h̄ pri et p̄lato seruiē
 tes in religione manserunt cōtra

tales ei indigni et ipsos p? dū-
 sionē et reditū detestāt. aliosq;
 deprimē a dignitatibus et offi-
 cijs repellē. et culpas p̄cedētes
 ex pbraē d pbāt q̄nimo fatalib;
 fiat diuiniū. i. si talibus det bene-
 ficiū vel a prē p̄lato eis fiat pre-
 ceteris aliqd̄ tyale solaciū tales
 p̄ogeiti d̄grūt diātes Ecce tot
 ānis seruiō tibi et nō dedisti mic-
 hi hedū. i. beneficiū: huic autē de-
 uoratorū et apostate d̄fers fauo-
 rē et obseqū. **T**c p̄ iste p̄latus
 d; tales rep̄hēdē et a suis detrac-
 cōibus cōhibē. et p̄ suis cōūsis
 peccōib; ne iterato madāt alio-
 rū murmuribus obuiare diēs
 ei. **F**ili tu sp̄ meā es: et oīa mea
 tua sūt. **H**ic autē f̄t tu? mortuus
 fuerat. zc. **A**c si dicēt Vos nō de-
 betis d̄tra tales indigni. nec eos
 exacerbaē. sed de eorū salute be-
 nigniter exultare. **Luce xv** Gau-
 diū ē āgelis dei sup̄ vno pecca-
 tore penitentiam agēte et cetera.
Vel dic generaliter q̄ quicū-
 q; peccōz a deo peccādo recedit.
 et partē sue substantie idest bo-
 na naturalia ī diuersis vicij; ex-
 pendit. et vni ciuium regionis
 idest mundo adherens porcorū
 idest immundiciarum obsequi-
 is se submitit si fame tribulacō-
 nis cogente ad patrem deum p̄-
 penitentiam reuertitur ipsū sta-
 tim solet misericōrditer redpe-
 vestibus virtutum induere. vitu-
 lum saginatum. i. sue carnalita-
 tis lasciuiam occidere. et eum cū

gaudio festiuā ē sicut supra.
Vel dic q̄ multi sunt hodie do-
 mini huic pat̄ familias similes
 qui nouiter venientes ad suā ci-
 uitā dato q̄ sint prodigi et mali-
 dum tamen sciāt verba adulato-
 ria dicere. p̄ peccauī. zc solent
 letius recipere et latius premiā-
 tur q̄ illi qui semp̄ cū eo fuerūt
 et qui diu in familia sua mansē-
 runt et in agro suo idest in ad-
 ministracione sua diucius labo-
 rauerunt. **N**oua enim placent.
 quia sicut **Leui. xxvi.** Nouis su-
 peruementibus vetera proijcie-
 tis. **V**el dic q̄ ap̄d patrē deū
 acquirunt dona ampliora tam
 gratie q̄m glorie illi qui quādo-
 q; peccatores fuerunt et peni-
 tuerunt. q̄ illi qui nūq̄m dereli-
 querunt. **T**antus e m̄ potest eē
 feruor post lapsum q̄ penitens
 plus meretur q̄ qui lente in ius-
 ticia conuersatur. **A**d roma. v. **V**
 bi abundauit delictū et cetera.
Hic poit̄ p̄bola de villi-
 co q̄ cū diffamatus ess; ap̄d
 dñz suū ip̄ qd̄ villi-
 caōez suā pdē optebat dū adh;
 hēret officiū et admistracōez bo-
 norū dñi sui cogitās q̄ fodē nō
 valebat. et m̄dicāe erubescēbat
 vōit debitores dñi sui et debita
 p̄ pte remisit. et sic eorū grāz ac-
 q̄siuit. q̄ cū amot̄ ess; ab officio
 ip̄z ī tabnaula sua reciperēt. et
 fca; grāz r̄pēsaret diēs p̄o. **Q**uī
 tū d̄ dñō meo. c. cados olei. **A**c
 aipe i? cautioez et scribe. l. et cetera

Dominus igitur sius hoc audito
 ipsum de prudentia sua comēda-
 uit. Christus enim a simili docet nos
 de alieno largos esse et de mam-
 mōa iūctatis aīco. scilicet paupes no-
 bis facere ut aī defecim? nos
 possint in eterna tabernacula ac-
 ceptare. **V**erba saluatoris illā
 pabolam exponūt et eaz esse da-
 tam ppter misericordiā dīcūt. Dñ
 ista est veritas nam quilibet ha-
 bet a deo aliquem villicatum ha-
 bet enim ministrare bona nature
 et fortune. **Q**uid enim habes
 bō qd a deo non accepisti? pma
 ad cor. iiii. **H**omo enim in admi-
 nistracionem sensuum corporali-
 um vel bonoz temporalium nō ē
 nisi villicus dei. **C**ū igitur neces-
 se sit quemlibet in morte talem
 villicatioēz p dere. **I**deo aīe actū
 debemus de remedio puidere.
Igitur debemus de bonis amissis
 et temporalibus pauperibus bene-
 facere et si q nobis debent emittē-
 tere ut post mortē quando villi-
 cationem et temporalium admi-
 nistracionem amiserim? ubi nō erit
 fodiendū. i. bene opandum et v-
 bi erit vere aīdum in inferno de-
 gere. possint isti paupes qbz in
 hoc mundo bñfecerimus in cōles-
 tibus tabernaculis nos recipē: et
 fouē. **Q**d si fecerimus dominus
 nos comendabit. **E**t qmuis ista
 bona non sint nostra s; potē sua
 si inde elemosina m fecerim? ipse
 dominus approbabit. **I**gitur de
 māmōna iniquitatis id est de ter-

rena substantia que fūera mul-
 tas iniquitates inducit debet v-
 nusquisq; aīcos id est pauperes
 et sanctos sibi facere. ut in eorū
 tabernaculis id est in regno celo-
 rū quod est pauperū mēatur aī
 eis exultare. **S**upra vi. **D**ate: et
 dabit vobis. **H**omo quidam
